Sanctissimo Domino nostro Pio Papa Nono Quebeci Sextia Junii – 1854 –

Beatissime Pater.

Nos infra scripti, Archiepiscopus et Episcopi provinciæ Quebecensis in Concilio congregati humiliter petimus ut S.V. duas novas episcopales sedes in Canada occidentali, unam in civitate Hamiltonis, alteram in Civitate Londini erigere dignetur. Hamilton duo et viginti millia continet et Londinum decem millia. Utraque sedes autem haberent hic et nunc circiter ducenti triginta millia animarum cum mediis sufficientibus pro decenti sustentatione episcopalibus

Hujusce modi supplicationis motiva sunt præcipue extraordinarium populationis augmentum in hac provinciæ parte, majoritas et potentia prolis tantum magna necessitas Sacerdotum Ecclesiarum scholarum, institutionis, cultus, disciplinæ, temperantiæ impotentia, ac proinde moralis impossibilitas pro Torontino Episcopo providendi solus pro omnibus istis necessitatibus æque urgentibus in omnibus suæ diocesis partibus

Territorium autem et fines harum diocesium essent, si S.V placeret pro Hamiltoniensi octo Territoria, vulgo dicta, Wentworth, Haldimand, Brant, Halton, Waterloo, Wellington, Grey, Bruce, necnon Manitoulin insulæ, locus vulgo dictus Sault Ste. Marie et missio lacus Superioris usque ad fines Diocesis Bytotani et Sti Bonifacii in territorio, vulgo dicto – Nth West. Pro Londonensi Novem territoria

vulgo dicta, Middlesex, Elgin, Kent, Essex, Lambton, Huron, Perth, Oxford, Norfolk, itaut cetera territoria nova Dioecesim Torontinam constituerint.

Candidati autem praesentati Sancti V. sunt pro Sede Hamiltonensi Joannes Farrell Presbyter Dioecesis Regiopolitanensis Missionarius in loco vulgo dicto, Peterborough in eadem Dioecesi; Pro Sede Londonensi, Petrus Adolphus Pinsoneault Canonicus Archidiaconus Capituli Cathedralis Marianopolitanensis.

Ad pedes S. V. provoluti benedictionem Apostolicam Reverendissime et Devotissime petimus.

Instructio Sacrae Congregationis de Propaganda fide ad Archiepiscopum Quebecensis.

Erectio Dioecesium Londonensis et Hamiltonensis ex Torontonensi, omnibus rite inspectis nondum matura visa est proindeque pro dilatione rescriptum fuit Romae die septima Julii 1855

J. F. Cardinal Franzoni
Praefect.

Quebeci Die vigessima Octobris 1855.

Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae Nono —

Beatissime Pater

Si brevi elapso tempore iterum ad Vestram recurrimus Sanctitatem, implorantes ut duas novas Episcopales Sedes in Canada occidentali erigere dignetur, juxta petitionem Secundi Concilii Quebecensis, causis inferius, quas Paterni Vtae Vestrae cum omni benitate et prudentia —